









1747.

Greger, Dr. Carol. Huer. : De differentiis juris Romani  
et Germanici in archis emphionum

1748.

1. Dorn, Amantius Christianus : De pactis Natalibus, super  
bonis acquisitis tantum contractis, abque proximo  
viri cognatorum consensu jure Hamburgensi vali-  
dis.
2. Dorn, Amantius Christianus, Ord. jur. practicus :  
Programma : De parocmia : " Natrecht bricht Land-  
recht, Landrecht bricht gemeine Rechte", dissertationi  
inang. Petri Holzmanni praesentum.
3. Dorn, Amantius Christianus : De testamentis feminarum  
Hamburgensium.
4. Dorn, Amantius Christianus, Ord. jur. practicus :  
Programma : De cura minorum per testamentum  
vel archata vel prorogata, dissertationi inang.  
Christophori Lipsorpii praesentum.

1748.

5. Dreyer, Thom. Carolus Hens.: De tentamine am-  
cordiale inter litigantes optime mimentarum  
litium remedio.

1749.

- 1<sup>o</sup> Shurius, Ferd. Goullib.: De effecta erroris in  
contractu ambivenditi. 2 Saupfl.
2. Shurius, Ferd. Goullib.: De libero arbitrio juritico.

1750.

1. Dorn, Amantio Christianus.: De interesse synonimorum  
in foro.
2. Dreyer, Dr. Carolus Hens.: De restricta facultate alie-  
nandi bona hereditaria, ad hereditaria mobilia  
non pertinente, jure Germanico, Holsatico et Libe-  
censi

1751.

1. Dorn, Amantio Christianus.: De revocatione alie-  
nationis jura superioritatis territorialis et

regalium propter errorem invalidae.

2. Dreyer, Carolus Henricus: De formulae receptionis juris Lubicensis ejusque indole forensi in civitatibus

Holsatiae. Meletema I

3. Dreyer, <sup>Jo.</sup> Carolus Henricus: De variis eodemque jure Germanici denominationibus.

4. Dreyer, Jo. Carolus Henricus: De obsequio juris Europaei Meletema II et: De gersda et bergerette in Holsatia non casule. Meletema III

5. Dreyer, Jo. Carolus Henricus: Specimen privilegiorum episcoporum, patris meritoque suspectorum.

6. Grolmannus, Melchior Detleminus: De necessaria a Chimarum voluntatum praedilectione. Rec. 1772.

7. Lachmannus, Adamus Henricus: Num pontifex Romanus episcopis Paris ac Serris entibus eorum pallii concesserit? 2

1761.

8. *Shuonin*, *Trivium* *Godlieb*: *Repräsentatione* *pro*  
*sonae* *ad* *huc* *orientis*.



E. 24. num. 14.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

PACTIS DOTALIBVS,

SVPER BONIS ACQVISITIS TANTVM

CONFECTIS, ABSQVE PROXIMORVM

COGNATORVM CONSENSV

IVRE HAMBVRGENSI VALIDIS,

QVAM,

ASSISTENTE NVMINIS DIVINI GRATIA,

EX DECRETO

AMPLISSIMI IVRECONSVLTORVM ORDINIS,

IN ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE CONSVLTISSIMO

DOMINO

AMANDO CHRISTIANO DORN, D.

CAESAREAE CELSITVDINIS, SERENISSIMI IMPERII RVTHE-

NICI HEREDIS CONSILIARIO CANCELLARIAE DVICALIS SLESVICO-HOL-

SATICAE, IVRIS CANONICI ATQVE CIVILIS ROMANI PROFES-

SORE ORDINARIO, h. t. FACVLTATIS IVRIDICAE PRO-

DECANO,

PATRONO SVO SVMMOPERE SVSPICIENDO,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE CONSEQVENDI HONORES

DIE XXX. MART. ANNO MDCCXXXVIII.


PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

PETRVS HOLTZMANN, HAMBVRGENSIS,

IN PATRIA ADVOCATVS.

KILONII, LITTERIS GOTTFR. BARTSCHIL



DISSERTATIO IN VOTO RALIS IURIDICA

ACTUS DOTALIBVS

ET PER BONIS ACQUISITIS TANTVM

CONSTITVIT ABBOTVS PROXIMORVM

CONVATVIT ABBOTVS

IN RE EMENDATIONE WILHELMVS

STANTIVVS DVNI GRATIA

IN DECRETIS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CHRISTIANIS

PRÆSIDIVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CHRISTIANIS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS

ET IN REBUS CIVILIBVS





Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA,  
DE  
PACTIS DOTALIBVS,

*super bonis acquisitis tantum confectis, absque  
proximorum cognatorum consensu Jure  
Hamburgensi validis.*

§. I.



riusquam ipsum in Rubrica propositum ar-  
gumentum exponere aggrediar, ante <sup>Generalio-</sup>  
omnia opus est, vt notionem terminorum <sup>ra.</sup>  
in ea obuientium euoluam. Explican-  
da itaque primo loco veniunt bona tam  
acquisita quam hereditaria, quo distinctio horum atque na-  
tura eo melius introspectiatur. Tantum autem abest, vt  
in hac aeque ac omni electae theses pertractatione Jus  
Romanum pro norma habere, et secundum ipsius prae-  
scriptum rem diiudicare debeam, vt potius hoc relicto ne-  
que ipsius Juris Germanici vniuersalis principia in omni-  
bus & quum nonnulla mere Hamburgensia sint, sequi possim.

§. II.

Naturam hereditariorum illa habere bona iubet statui-  
tum Hamburgense, quorum Catalogus exhibetur in Art. <sup>Bona here-</sup>  
ditaria.  
VII. & VIII. Tit. I. Part. III. Statut. Secundum tenorem vtrius-  
que Articuli bona hereditaria definiri, aut si maui, descri-



bi possunt, quod sint bona quaecunque siue iure hereditario alicui ab intestato relicta, siue dotis nomine a parentibus aut proximis cognatis profecta. Haec maximo fauore gaudent in iure patrio, cuius ratio in conseruandis eo melius familiis sine dubio posita est. Haec nemini, nisi proxime ab intestato successuro debentur, facultasque de his libere disponendi & in extraneum transferendi merito ob rationem ante adductam negatur. Huc facit bonus textus Art. III. Tit. I. Part. III. Statut. vbi per verba: *seiner nächsten Erben, & rechten Erben*, qui aliis in locis (a) vocantur: *Der nächste Erbe, darauf solch Gut von Rechts wegen fallen möge*, simpliciter quoque: *Erben* (b), proxime ab intestato succedentes intelliguntur. Negari autem non potest, possessorem bonorum hereditariorum liberam se viuo eorum administrationem, & si occasio tulerit, pro commodis suis etiam alienandi ea facultatem habere, modo fraus absit atque dolus, h. e. modo non consulto in praeiudicium proxime successurorum agat. Verum enim vero quum nulla regula sit, quae non patiatur exceptionem, etiam haec, quam adduxi, quod nimirum res hereditariae necessario atque ex legis dispositione proximo cognato relinquendae veniant, regula suis subiecta deprehenditur exceptionibus. Quas, vt eo magis firmetur regula in casibus haud exceptis, si non omnes, praecipuas tamen afferre operae pretium erit. Haec dictas exceptiones partim ius scriptum stabilis, partim consuetudo. Quod ad ius scriptum attinet, permittitur possessori rerum hereditariorum vicesimam harum partem ad pias causas legare (c). Patri potestas

(a) Art. X. & XI. Tit. I. Part. III. Statut.

(b) Art. XII. XIII. Tit. I. Part. III. Statut.

(c) Art. II. Tit. II. Part. III. Statut.

potestas datur, domum vel fundum hereditarium vni filiorum pro determinato pretio addicendi (d). Quae pereram atque prae comparavit deficientibus quaesitis ex hereditariis bonis restituere inuitis licet proximis cognatis nemo prohibetur (e). In Edicto Poenali *gegen die Verkupplung und Entführung der Weiber, Jungfrauen und Unmündige, wie auch Kuppler, Kupplerinnen, Hebler und Verbelfer* (f) reus criminis per casus ibidem expressi dignus iudicatur, quem pater aequae atque cognati hereditariis non minus quam acquisitis bonis excludere possint. Consuetudo porro in casu exheredationis bona mente in fauorem nepotum factae patri ius tribuit, filium etiam bonorum hereditarium, usufructu tamen plerumque saluo, exheredem scribendi (g).

§. III.

Ab his bonis hereditariis maxime alienam atque e diametro sibi inuicem oppositam bona acquisita naturam habent. Facili itaque negotio, quum hereditarium notio semel ante constituta sit, & contrariorum eadem detur scientia, ita vt cognito vno cognoscatur quoque alterum (h), concludi per priuationem, vti Logici aiunt, posse mihi videtur, ad speciem bonorum quaesitorum pertinere omnia illa bona, quae sub hereditariis non comprehendit

Bona ac-  
quisita siue  
industrialia

A 3 Statu-

- (d) Art. XVI. Recess. d. A. MDCIII. (e) Art. XII. Tit. I. P. III. Statut.
- (f) d. A. MDCLXXVI. quod ad verbum in Tr. Strykii de dissentu sponfalitio & quidem pag. CCCXXXVII. edit. meae d. A. MDC LXXXVIII. reperies.
- (g) b. Io. Richey in Diff. de pactorum dotalium mutat. ob fauorem bonorum hered. Iure Hamb. restricta, Cap. V. not. (i) pag. XVII.
- (h) pr. Inst. de his, qui sui vel alieni iuris sunt.

Statutum (i). Haecce acquisita bona pro lubitu alienantur atque in tertium quemcunque libere transferuntur (k), re-  
ditque Statutum ad simplicitatem Juris civilis, secundum  
quod quisque suae rei moderator est atque arbiter (l). Ve-  
rum enim vero quantacumque & quam in determinata liber-  
tas bona haecce acquisita alienandi in Statutis Hamburgen-  
sibus emineat, nihilominus tamen in aliquibus caussis per-  
paucis equidem & ubi summe necesse fuit, certis terminis  
definiri hancce libertatem iubent Statuta, personarum par-  
tium, partium caussae rationem habentia. Sic e.g. negant  
minorem & feminam siue caelibem siue nuptam abs-  
que curatore bona sua quaesita posse alienare (m). Ab-  
nuunt porro vxori marito suo vltra tertiam bonorum ac-  
quisitorum partem donandi facultatem (n). Omnes por-  
ro stupidos & a mente sua desertos, durante hocce stupore,  
prodigos quoque publice ita declaratos, surdos denique ac  
mutos natura, nequidem interposita tutorum auctoritate  
aut consensu curatorum adhibito, de acquisitis suis bonis  
disponere posse sinunt (o). Quae semel pia alicui caussae  
relicta est, quantitatem tertiam alienantis bonorum acqui-  
sitorum partem haud excedentem, nisi in vnico casu, quan-  
do nimirum liberi, aut vnus tantum, supernascentur, nul-  
lo retractare modo permittunt (p). Iure προσημείωσις siue  
retractus legali in bonis acquisitis immobilibus gaudent eo-  
rundem possessori proxime ab intestato successuri (q). Ex  
hisce tandem quaesitis bonis legitimam, quibus debetur,  
quosue

(i) Art. V. Tit. I. Part. III. Statut. adde Art. VII. & VIII. ibidem.

(k) Art. III. & V. Tit. I. Part. III. Statut. (l) L. XXI. C. mand.

(m) Art. XIII. Tit. I. Part. III. Statut. (n) Art. XIII. Tit. I. Part. III. Statut.

(o) Art. XV. Tit. I. Part. III. Statut. (p) Art. XX. Tit. I. Part. III. Statut.

(q) Art. III. Tit. VIII. Part. II. Statut.

quosue exheredandi iusta non inuenitur causa, omnino relinquendam esse iubent (r). Hæc, si etiam non omnes nominavi, pleraque tamen erunt exceptiones a statutis admiffæ, vt itaque in regula verum maneat, bona acquisita pro lubitu quoquo modo in quemlibet posse transferri (s).

§. III.

Expositis nunc quæ notionem bonorum hereditario-  
 rum & acquisitorum concernunt, opus est, vt etiam ali-  
 quomodo naturam pactorum dotalium, quorum in rubrica  
 mentio fit, secundum mentem iuris Patrii, quod in  
 omni hacce qualicumque Dissertatione mihi pro norma  
 est, inuestigem atque perscruter. Maxime certe celeberrimis  
 pactorum dotalium in plerisque foris vsitata habetur diuisio  
 in ea, quæ per modum contractus celebrantur, & in  
 ea, quæ fiunt per modum vltimæ voluntatis. Simplicia  
 illa, hæc mixta audiunt. Hanc ob rationem in verba, quibus  
 paciscentes vsi sunt, anxie inquiritur, atque ex his colligitur,  
 vtro modo tabulas suas dotales fieri iusserint. Mihi vero tale  
 quid statuentes verba captare videntur, iurique sensum affingere,  
 qui tamen ipsum fugit. De iure Romano enim, quod de hereditate  
 viuentis pacisci prohibebat, pacta hæcce valere nulla plane  
 ratione poterant. Quum autem de iure Germanico pacta  
 successoria suum omnino valorem habeant, ex commixtione  
 horum iurium hæc distinctio ad pacta dotalia translata est,  
 & ius Romanum eo nomine mire inuertitur. Decisionem  
 ego huius rei adde-  
 re mihi non sumo, nec instituti mei ratio postulat, eleganter  
 autem, vt mihi quidem videtur, & satis certe de hoc  
 argu-

(r) Art. XXIII. Tit. I. Part. III. statuti.

(s) Art. III. & V. supra citi.

argumento disputauerunt Gottlieb Gerhard Titius & Iustus Henningius Boehmerus (t). Hoc tantum addere mihi incumbit, patrio foro plane exfulare hancce distinctionem. Hamburgi enim quaecunque ineuntur pacta dotalia, ineuntur per modum contractus, nec verba a paciscentibus adhibita in tabulis eam vim habent, vt essentiae contractus aliquid detrahare possint, etiamsi expresse paciscentes vfi fuissent verbis: e. g. *erben, succediren*, quae verba alias ab iis, qui memoratam distinctionem amant, vltimarum voluntatum indolem sine controuersia exprimere iudicantur. Est Art. XII. Tit. XI. P. II. Statut. Hamb. (v), qui basis est atque fundamentum huius negotii. Satis superque ex all. Art. liquet, pacta dotalia omnia in conuentionibus esse, negat enim per testamentum subsequens ab alterutro coniuge mutari posse aut tolli pacta dotalia ante illud condita quoad illa capita, quorum expresse mentio fit in iisdem. Sine dubio hoc fieri posset, si mixta forent seu per modum vltimae voluntatis inita, quoniam nouissima voluntas seruatur (x), nihilque magis debetur hominibus, quam vt ambulatoria sit eorum voluntas ad vitae supremum exitum, & liberum, quod amplius non redit, arbitrium (y), eaque est natura vltimae voluntatis, vt reuocari quotidie possit & minui (z). Egregia igitur atque aper-

tissimi-

- (t) Titius in obseru. ratioc. ad Lauterb. Comp. ff. Obs. DCCLXXXIII. Boehmerus in Diss. de success. hered. coniug. ex pactis dotalibus. add. Sparmann in Diss. I. & II. de praerogatiua Iuris Germ. praec. Iure Rom. in materia pactor. dotal. Grau in Tract. de mixtura Iuris Rom. & Germ. in distinctione pactorum dotal. in simplicia & mixta.
- (v) Adde Richey in d. Diss. Cap. III.
- (x) L. VI. §. II. de adim. vel transfer. Legat. vel fideic.
- (y) L. III. eodem.
- (z) L. XVII. eodem. L. XII. §. III. de Legat. I.



tiffima demonstratione laudatum Art. XII. huius materiae legem cardinalem fidem facere, vt sola simplicia siue in modum contractus inita pacta dotalia agnoscere exclusis mixtis debeamus, quis est qui non videat? Nihil aliud autem sunt pacta dotalia Juris Hamburgensis, quam pacta vel inter sponsum & sponsam vel inter coniuges legitime celebrata, in quibus, quatenus bona alter alteri attulerit, & quo iure tam durante, quam per alterius obitum finito matrimonio vterque coniugum frui debeat, determinatur. Dixi: vel inter sponsum & sponsam vel inter coniuges, quum tamen non desint, qui pacta dotalia appellare antenuptialia malunt, eoque ipso, inito matrimonio eadem fieri posse, negaturi videntur, inter quos est Willenberg (aa), qui in definiendis pactis dotalibus vtitur verbis: Matrimonio praemissae sc. conuentiones (bb). Salua autem res est, nam Jure Hamburgensi idem est, vtrum pacta dotalia ante consummatum matrimonium ineantur a sponso & sponsa, an post illud demum a iam coniugibus factis celebrentur, notraeque leges ab his illa nusquam secernunt. Successoria porro esse pacta liquet ex tradita a me definitione. Nouo certe argumento, Jus Romanum in illis praecise explicandis adhiberi non posse. Hoc iure enim tantum abest, vt regulariter pacta de hereditate viuentis vilo valere modo potuissent, vt potius in maximo semper odio & plane illicita fuerint. Militibus tamen & his solis quidem pactum successorium simpliciter condendi facultatem dari Impp. Diocletianus & Maximianus rescripserunt (cc).

B

§. V.

(aa) in Rubrica Diss. de pactis antenuptialibus *von denen vor der Ehe getroffenen Eb-Pakten.*

(bb) §. XVIII. d. Diss.

(cc) L. XVIII. C. de pactis.

§. V.

Consensus  
proximo-  
rum co-  
gnatorum.

Ea est pactorum dotalium, ea hereditariorum et ac-  
quisitorum bonorum natura. Memini autem, supra me  
dedisse rationem, ex qua constat, cur Statuta nostra prohi-  
buerint possessori hereditariorum rerum liberam earum alie-  
nationem et in extraneum siue eum, qui non est proxime  
ab intestato successurus, translationem siue per testamen-  
tum siue per aliam vltimam voluntatem faciendam. Quo sine  
dubio etiam inter viuos alienationes prodigae in maximum  
proxime cognatorum praeiudicium vergentes pertinent.  
Haec ratio posita erat in familiarum conseruatione, &, vt  
prouiduae huic dispositioni satisfiat, nulli praeter proximum  
cognatum siue illi, qui ab intestato proximus heres iam est,  
relinquenda veniunt bona hereditaria. Maximo eo nomine  
fauore leges Hamburgenses amplexas esse proximum co-  
gnatum, quum ipsae iam curauerint, ne in aliorum manus  
veniat, quicquid relinquens hereditatis titulo possidet, quis  
est qui non animaduertat? Jura iamiam in bonis heredita-  
riis illius, cuius heredes ab intestato sunt, dictae hae leges  
adhuc viuo eo detulerunt proxime cognatis. Haec iura  
& fauor in eo, vti saepius dixi, consistunt, vt possessor he-  
reditariorum bonorum in horum sc. proxime cognatorum  
praeiudicium alienare eadem nesciat. Quum iuri autem  
atque fauori pro se introducto quilibet renunciare possit,  
prona iamiam consequentia fluere exinde mihi videtur,  
possessorem rerum hereditariorum hasce, quum fauori suo  
renunciauerint, h. e. consensum ad alienationem in extra-  
neum impertuerint proxime sibi ab intestato successuri,  
aut etiam illarum partem quotam, super qua huic iuri re-  
nunciauerunt, in extraneum transferre omnino posse, quo  
facit

facit Art. III. Tit. I. P. III. Statut: Renunciatio haecce meliori fortasse iure (quod in transcurfu moneo) repudiatio propterea diceretur, quoniam proxime cognati iure reuera sibi a lege delato sese abdicant, quo in casu repudiare dicuntur (dd). Clara interim nunc erunt atque perspicua, quibus in Rubrica vsus sum, verba: Consensus proximorum cognatorum.

§. VI.

Nihil autem mihi in pertractatione generali huius <sup>Praedica-</sup> argumenti adhuc occupato <sup>tum Ru-</sup> superesse videtur, nisi vt praedicati, quod subiecto rubricae conuenire asserui, duobus <sup>bricac.</sup> tantum adhuc verbis mentionem faciam, quanquam superuacuum hoc plerisque videri, negare nolo. Dixi autem: valida esse sc. pacta dotalia absque consensu proxime cognatorum de bonis acquisitis solummodo condita. Haec dicendo nihil aliud volo, quam actionem exinde nasci & exceptionem. Duo autem hic mihi casus separandi veniunt. Nam aut pacifcentes sunt in possessione rerum acquisitarum, aut minus, siue tertius quidam easdem possidet. Si hoc, actione contra possidentem, e.g. hereditatis petitione (ee), experiri possunt, sin illud, pacti exceptione tuti quemlibet agentem repellunt.

§. VII.

Thesis ipsa, quam in rubrica proposui, primo intuitu <sup>Quaestio-</sup> non adeo ambigua multis videbitur. Multum autem <sup>nes separa-</sup> controuersiae alere eam, ex eo patet, quoniam iam aliquoties <sup>tac a statu</sup> in foro patrio maximo ardore in vtramque partem <sup>controuer-</sup> disputata est, neque contraria sententia argumentis veri speciem <sup>fiac.</sup> prae se ferentibus destituitur. Dubitationis originem qui

B 2

ex

(dd) Almers manuale iuris sub voce: Renunciatio.

(ee) Stryk, de success. ab intest. Diss. VIII. c. V. §. XXXIII.

ex male intellecto Art. XI. Tit. XI. P. II. Statut. saltem potissimum natam esse perhibet, fortasse meo quidem iudicio non multum errabit. Antequam vero dissentientium rationes enarrem, separandae ab ipsa quaestione quaestiones affines aliquae mihi videntur; Ita in quaestione proposita talia ante constituo pacta dotalia, quae alias nullo in requisitis essentialibus defectu laborant. Praeterea sermo mihi non est de illis pactis dotalibus, in quibus tam de hereditariis quam acquisitis bonis agitur. Nam hoc pro certo positum esse semel dixisse sufficiat, paciscentes, de quibus loquor, nullis gaudere hereditariis bonis; Acquisitas solum esse opes, quas possidet vterque, & de quibus in dotis tabulis statuit. Illas enim, quae vel hereditaria solum vel hereditaria aequae bona atque industrialia siue acquisita continent, absque consensu proximorum cognatorum ipso iure nullas esse, nemo vnquam infitias ibit. Demum praecise non quaero, vtrum conducatur paciscentibus, negligere consensum proxime cognatorum in matrimonialibus suis tabulis? Generaliter verum est, quod multa licita sint, quae tamen non conducunt, sed ea, quae non conducunt, eo nomine iniusta dici non statim possunt, aut contra legem analogiam pugnantia. Timidis enim nimis anxie litium fugitantibus circumspectius aperiri consilium nequit, quam vt cognatos suos alienationem acquiritorum bonorum assensu ipsorum comprobare iubeant. Hoc modo enim nihil ipsis, quod vereantur, relictum erit. Tandem quum in thesi mea proximos cognatos siue illos, qui ab vtroque latere proxime coniuncti sunt paciscentibus, excludo, primo loco proxime cognatos mihi illos esse moneo, qui tempore pacti tales sunt, secundo loco autem clare ex-  
inde

inde apparet, remotiores cognatos seu eos, qui tempore pacti non sunt proximi, eo minus de consensu suo non interposito queri posse.

§. VIII.

His praemissis hic exsurgit status controuersiae: *Vtrum* <sup>Status con-</sup> <sup>trouersiae.</sup> pacta dotalia, quae alias legitima requisita habent, a coniugibus, qui rebus hereditariis non gaudent, circa bona acquisita tantum confecta, secundum Jus Hamburgense & ipsius analogiam valida sint, si maxime illi, qui utriusque paciscenti tempore pacti ab utroque latere proxime cognati fuerunt, consensum suum non impertierint, neque de eo ex tabulis dotalibus constet? Affirmatiuam huiusce propositionis sententiam me amplexum esse in rubrica qualiscunque haecce mea dissertatio docet. Quae si secundum analogiam iuris Statutarii Hamburgensis & usum fori auincipit, faciam periculum. Quod si haec omnia neque prodignitate materiae neque solidis satis atque eruditis exornare, copiosis etiam ac foecundis rationibus munire, quod mihi equidem non sumo, vires meae parum sufficient, beneuolus tamen lector aequi bonique faciet, quod argumentum hocce vtilissimum & in foro nonnunquam disceptatum, necdum ab alio, quantum ego quidem scio, in forma dissertationis ex professo propositum, primoribus, uti loqui solent, labris gustare molitus fuerim.

§. VIII.

Enarraturus autem nunc argumenta dissentientium & Rationes in negatiuam partem inclinantium recorder, supra me <sup>dubitandi.</sup> disse causam, cui potissimum originem suam debere mihi videatur dissensus & controuersia, in quam vocata est thesis proposita. Exiit autem ex interpretatione Art. XI.

B 3

Tit.

Ima. Tit. XI. P. II. Statut. Primo itaque loco affirmatiuae sententiae hancce legem opponunt, cuius praesidio extra omnem teli iactum esse sibi videntur, magisque ea fidunt, quam Peleus gladio suo. Dicunt enim, hanc legem esse basin atque normam, secundum quam compilatores Statutorum cuiuscunque generis pacta dotalia fieri iusserint, eamque absque differentia & distinctione inter pacta dotalia de acquisitis solum aut etiam circa hereditaria bona inita loqui. Generalem esse Statuti assertionem, nec terminos arctatuios habere, quae ex brocardico iuris: Vbi lex non distinguit, nec nostrum est distinguere; omnem reiiciat diuersitatem, delectumque oderit; simpliciter potius eam & de omnibus casibus esse accipiendam (ff). Quum porro Statutum in dicto Art. formam induerit pactis dotalibus, haec ni seruetur forma, actum nullum esse (gg). Formale autem pactorum dotalium in d. Art. praescriptum consistere, iubentibus verbis: *Ehezärter zwischen Eheleuten aufgerichtet, und von denen die zur Verpflichtung darzu erfordert, vollenzogen, untergeschrieben und versiegelt*, in (a) consensu coniugum, (b) requisitione seu arcessitu eorum, qui obligationem pactis dotalibus aut, si mauis, valorem impertire debent, (c) horum consummatione pactorum, (d) subscriptione, tandemque (e) subsignatione. Quod vltimum quidem requisitum sc. subsignationem vsu hodierno simpliciter necessarium non esse, ipsi concedunt dissentientes largiunturque, subscriptione, quae sola consensum praebet, contenti, quatuor autem priora, nisi accurate, diligenter-

que  
(ff) Riini Spec. Except. For. ibique citatus Befold in Consil. Tub. Part. III. Conf. CLVIII. num. XVIII. seqq.

(gg) L. XXXXIII, §. I. L. LV. de cond. & dem. L. I. & II. C. quando prou. non est nec.

que & studiose adhibita fuerint, nullum plane dotalibus patris tribuunt effectum ipsorum formam desideraturi. Quoties enim statutum vel alia lex plura simul & coniunctim requirit, non satis est vnum vel pleraque fieri, omnia adimpleri necesse est (hh). Quod eo magis ad d. Art. applicant, quum verbum: *Verpflichtung*, non nudam praesentiam, sed consensum adeo indiget, eoque minus negligendi sint illi, qui vna cum pacifcentibus contrahere debent. Binis itaque personis & quidem copulatiue opus est, contrahentibus & consentientibus, vocantibus & vocatis. Vltimum quod in Art. nostro fundamentum ponunt contrariae sententiae addicti, ponunt in vocula: *so* in Art. obuia, vbi verba ita se habent: *so wird auch billig &c.* Dispositio- ni conditionali adiecta haec vox denotat extremitatem temporis, vt primo conditio debeat esse, quam dispositio aliquid efficiat (ii). Dispositio autem Art. XI. quod nimirum diuisio ex mente pactorum dotalium olim ineunda sit, nullius plane est valoris, nullius effectus, nisi ex amuffim conditio impleta fuerit, i. e. nisi omnia requisita in Statuto expressa in cuiuscunque generis pacto dotali quam diligentissime obseruata deprehendantur.

§. X.

Secundo obiicitur locus Taciti (kk), in verbis: *Do- Ilda. tem non vxor marito, sed uxori maritus offert; Interfunt parentes & propinqui ac munera probant.* En antiquos mores Germanorum, praesentiam & consensum parentum aequae atque propinquorum in constitutione pactorum dignos iudi-

(hh) Gaill. Obs. L. I. O. III. n. III. & L. II. O. XVIII. n. XV. XVI. XVII.

(ii) Almers manuale iuris sub voce: toties, §. II. p. m. DLII.

(kk) Lib. de mor. Germ. Cap. XVIII.



dicantium, quos adhibeant! Placet hic adducere verba Consultissimi Ankelmanni (ll), iam ipsa satis, quid allegando ea mihi velim, indigitantia: *Interim quum admodum probabile sit, hos mores Germanorum ad ea usque tempora (saeculum nempe XIII.) quibus Maiores nostri Statuta patria condiderunt, permanfisse; videtur quoque, quod hac consuetudine moti pacta dotalia non ante consummata fore sancierint, nisi a cognatis & propinquis fuerint subscripta atque obfignata (mm).*

§. XI.

III<sup>ta</sup>.

Tertio loco obstat Art. XIII. Tit. I. Part. III. Statut. in quo Art. proxime cognatis siue ab intestato successuris ius tribuitur in rebus acquisitis. Facultas enim illis datur prohibendi vxorem vltra tertiam sui patrimonii partem donare marito. Maritus quoque ad dies vitae vsufructuarius institutus in vniuersis vxoris suae bonis quaesitis, ad idoneam cautionem de hisce bonis post mortem suam proximis vxori cognatis restituendis, interponendam obstrictus est. Hanc potestatem Statuta, hocque ius temere largita non fuisse proximis cognatis, dissentientes aiunt, egregio exemplo, eadem in dotalibus pactis eodem semper iure vti, idem cupere.

§. XII.

III<sup>ta</sup>.

Quarto loco obiiciunt, quod leges non permittant, negligere consensum eorum, de quorum praeiudicio agitur. Quicumque itaque pactiones fecerunt dotales neglecto consensu sibi cognatorum proxime, nullum aliquando effectum pactis, nullum sibi emolumentum polliceri poterunt. Certi enim atque explorati iuris est, quod alteri per alterum praeiudici

(ll) in Diss. de pactis dot. Sect. I. §. V. n. XVIII.

(mm) Adde omnino quae in fine d. §. cx Lindenbrogio adduxit laudatus Vir Consultissimus.



iudicari & iniqua afferri non debeat conditio (nn). De prae-  
iudicio autem proximorum cognatorum, ob iura sibi in  
acquisitis quoque competentia bonis distribuendis in pa-  
ctis dotalibus, omnino ageretur, quod leges, secundum ea  
quae dicta sunt, non permittunt.

§. XIII.

Quinto loco obstat Art. III. Tit. VIII. Part. II. Statut. Vta.  
qui tantum abest, vt simpliciter & absque distinctione in-  
ter hereditaria & acquisita bona loquatur, vt secus expres-  
sis verbis vtriusque mentionem faciat. Iubet enim d. Art.  
venditorem rei immobilis, (*Erbes*, in foro nostro atque pu-  
blicis resignationibus hereditatis dictae,) cuius aut titulo  
hereditario aut acquisitione nactus est dominium, venalem  
illam offerre proxime cognatis venditori ab intestato suc-  
cessuris. His autem emere recusantibus, tum demum plus  
licitanti vendi potest res immobilis. Quid hoc aliud est,  
quam ius προιμήσεως, quo gaudere debent proximi cogna-  
ti in rebus tam hereditariis quam acquisitis. Aperta at-  
que non inficianda demonstratione & conclusionem, genera-  
tim in his aequae ac illis viuo eorum domino ius & quasi  
condominium omnino competere proxime cognatis. Cur  
itaque differentia in pactis dotalibus, quae hac in re ean-  
dem rationem cum praedicta dispositione habent, quaeri de-  
beat, interrogant dissentientes?

§. XIII.

Sexto loco obstat Art. XI. Tit. I. Part. III. in quo statui-  
tur, dominum viuo se bona sua in proxime sibi ab intesta-  
to successuros diuisurum debere hosce proximos cognatos,  
C

(qui,  
(nn) L. LXXIII, de R. I. L. V. §. V. de nou. oper. nunc. L. XXXVIII. de  
her. instit.

(qui, quod me non dicente apparet, maiorens esse debent.) arcessere, praesentesque interrogare, vtrum hanc diuisionem ratam habere velint. Hic itaque Art. α) non distinguit inter hereditaria & acquisita bona, idem potius ius in vtrisque largitur proxime cognatis; Quod ius β) clare ex eo elucet, quod diuisioni faciendae vel factae contradicendi potestas datur proxime ab intestato successuris. Quum ius illud autem per modum constitutionis & rerum alienationis interuerti non possit h. e. eadem maneat ratio in pactis dotalibus alienandorum seu transferendorum bonorum, nemine contradicente ex eo satis superque patebit, consentire omnino debere, in constitutione pactorum dotalium proximos cognatos, ob eandem nec immutabilem rationem, quoniam contradicendi suumque dissensum praebendi plenam habent facultatem.

§. XV.

VII<sup>ma</sup>. Septimo & vltimo loco obiicitur, quod a negatione gradus perperam ad negationem speciei procedatur, & licet itaque minus affecta sint bona acquisita proximis cognatis, propterea tamen penitus negari nequeant. Faciliores itaque hi prae aliis sunt, statuentes, idem ius haud quidem competere proximis cognatis in bonis acquisitis, quod ipsis in hereditariis tribui necesse est, omnino autem excludi ab his non posse, vt nihil adeo iisdem iuris deberi dici possit. Hisce ad thesin suam applicatis concludunt, proximorum cognatorum consensum in constitutione pactorum dotalium vel maxime de bonis acquisitis solum condendorum, quum in his quoque aliquale ius, excellentia quidem ei, quod in hereditariis ipsis competit, cedens habeant, sine insigni eorum vitio omitti non posse.

§. XVI.

§. XVI.

Hae, quantaecunque sint rationes, quas contrariae sen-  
 tentiae fautores pro ea stabilienda in medium proferunt, <sup>Rationes</sup>  
 me non mouent, quin firmiter statuam, in pactis dotalibus <sup>decidendi.</sup>  
 de acquisitis solummodo bonis conditis consensum proxi-  
 morum cognatorum non requiri, eoque neglecto nihilo se-  
 cius omnibus illa in iure valituris gaudere effectibus. Age  
 itaque & pro stabilienda hacce in medium prolata thesi  
 quaeenam argumenta pugnent, videamus. Recordor au-  
 tem, me supra in tractatione propaedeumatica, quum di-  
 stinctionem bonorum hereditariorum propriam Statutis  
 nostris proposui, attulisse Artt. III. & V. Tit. I. Part. III. Sta-  
 tut. hic loci diligenter repetendos, ex quibus satis apparet  
 superque, integrum esse possessori rerum acquisitarum siue  
 industrialium de iis pro lubitu disponere. Quod primo  
 hic axiomatis loco praesuppono. Deinde de hereditariis <sup>II da.</sup>  
 ibi loquutus indicaui, plena fauoris in Statutis Hambur-  
 gensibus esse haecce hereditaria bona. Huius fauoris, vti  
 ibidem dixi, ratio est conseruatio familiarum Hamburgensium.  
 Hanc ob causam ius aliquod tribuerunt Statutaria  
 Iura proxime cognatis & quasi condominium in bonis he-  
 reditariis illius, cuius heredes ab intestato sunt. Hocce  
 quasi condominium efficere iusserunt Statuta, vt possessor  
 rerum hereditariarum aliquo modo vinciat in earum ad-  
 ministratione, quo imprudentibus & inuitis hisce quasi con-  
 dominis, proximis nimirum cognatis, pro lubitu de illis  
 in eorum praeiudicium disponere nesciat. Verum enim  
 vero sin talis dispositio valere, si legitima iudicari debeat,  
 opus est, vt consensu suo proxime cognati valorem ipsi  
 impertiant. Ratio itaque, quod prono exinde alueo fluit,  
 est

est rerum hereditiarum fauor, quo Statuta singulari quodam & admirando modo eas amplexa sunt. Tertio explorati neque infitiandi iuris est, quod is demum dicitur consentire, qui, quando actum prohibere potest, non prohibet (oo). Consensus autem frustra requiritur ab eo, quo etiam inuito actus perfici potest (pp); Et si adhibetur magis ad melius esse, quam ad substantiam pertinet, ideo omissus nihil vitii affert (qq). Ex quo axioma illud fluit: Quicumque dissentire nequit, eius neque opus est consensu.

III<sup>ta</sup>. Porro quarto pacta dotalia, explosa iam dudum commentitia ista eorum distinctione in ea quae per modum vltimae voluntatis & contractus fiunt, ex principiis iuris communis aequae atque Hamburgensis nihil aliud sunt quam contractus, quod equidem supra quoque me animaduertisse iamiam memini. Quum autem quod de genere praedicatur, de specie quoque sub eo genere comprehensa praedicari debeat, essentiam omnium pactorum in consensu paciscentium in idem placitum consistere lippis ac tonforibus notum est; Pacta itaque dotalia, differentia tantum specifica a suo genere distincta, in illo cum eodem conteniunt, vt paciscentium consensu absoluantur atque perficiantur.

V<sup>ta</sup>. Quinto demum ac vltimo loco ea pacta dotalia, in quibus coniuges sibi inuicem sua bona exclusis cognatis assignant, in quibus voluntas eorum eo dirigitur, vt alter superstes in casum mortis vtriusque bona sibi habere debeat, tota die pro validis habentur, neque de eorum efficacia lis est (rr). His principiis, quae talia esse non facile negabuntur, ante iactis,

(oo) arg. L. II. & III. de noxal. act.

(pp) L. III. de Reg. Iur.

(qq) Meuius P. VIII. Dec. CCCLV.

(rr) Hertius Tom. II. Resp. & Consil. Dec. DCCCCLXXVIII. n. VIII. ibique alleg. DDres.

iactis, nunc mea est ostendere, meam, quam mihi defendendam proposui, thesin veram ex iis esse conclusionem.

§. XVII.

Loquor itaque de iis pactis dotalibus, in quibus de ac-  
 quisitis tantum bonis disponitur; Acquisita bona, saluis <sup>Decisio</sup> <sup>causae &</sup>  
 exceptionibus quarum supra §. III. mentionem feci, a do- <sup>applicatio</sup>  
 mino suo libere in quemcunque transferuntur. Suae rei <sup>rationis</sup>  
 industria sibi comparatae moderatorem non esse ac arbi- <sup>decidendi</sup>  
 trum quemlibet, iniustum foret, naturali aequitati, cui ni- <sup>Imae.</sup>  
 hil magis conuenit, quam voluntatem domini volentis rem  
 suam in alium transferre, ratam haberi (ss), refragaretur,  
 noluerunt itaque Statuta. Citatorum Artt. III. & V. Tit. I.  
 Part. III. Statut. verba tam clara sunt atque perspicua, vt  
 nemo de illorum voluntate vllam dubitationem mentem  
 suam subire merito iubere queat. Quae quum ita se ha-  
 beant, cur non idem ius coniugibus pacta dotalia conditu-  
 ris asseri potest? Haec quamobrem dispositio, quae in do-  
 talibus tabulis comprehenditur, non eidem praescripto iu-  
 ris topici subiecta esse debet? Modus transferendi est acci-  
 dens, ex accidenti autem determinatio sua rei enasci non  
 potest. Si coniuges alio modo in tertium aliquem sua bo-  
 na transferre velint, secundum tenorem citt. Artt. ab iis li-  
 bere hoc fieri posse, nemo negat. Negari ergo etiam ne-  
 quit, hoc in pactis dotalibus posse fieri, quum ratio diffe-  
 rentiae neque edocta vnquam, neque doceri possit. Dicen-  
 do autem, libere ea alienari & in quemcunque possessorem  
 transferri, idem dicitur ac nemine contradicente transferri.  
 Inuitis itaque ac dissentientibus etiam proxime cognatis  
 fieri illud posse opus est. Id quod volunt saepius laudati  
 C 3  
 Arti-

(ss) §. XXXX. Inst. de R. D.

Articuli in verbis expresse eo nomine declaratis. Ita enim d. Art. III. *seine wohlgewonnene Güter hingeben oder wenden, wie und welchem er will, ohne einige Einspruch oder Hinderung, aber von Erbgut ist niemand, vermöge dieser Stadt Recht, ohne seiner nächsten Erben Erlaubniß oder Bewilligung, &c. & Art. V. Hätte auch jemand Erbgut empfangen, und darzu Gut gewonnen, so soll und mag er seinen rechten Erben zuehren, so viel er zu Erb empfangen, oder mehr, ob er will, und das übrige hinwenden und geben, wohin es ihm beliebet und gefällig ist.* Addi his possunt verba Art. XIII. *Hamb. Stadt Reccessen: Wente de Mann isz seines wolgeronnen Gudes thovorgevende mechtig.* Grauiissimo igitur atque firmissimo argumento leges patriae iubent, etiam inuitis proxime cognatis iisque imprudentibus alienari posse acquisita bona, quod idem ius etiam in pactis dotalibus ipsis asseri debet, vt nempe absque permissione eorum de bonis suis acquisitis in iisdem disponere possint coniuges. *Quibus enim, sunt verba Meuii, licet, bona ignorantibus & inuitis successoribus libere alienare, iis etiam licitum de iis per pacta dotalia disponere (tt).* Nunc autem, vti recte subsumitur, coniugibus licet, bona sua acquisita successoribus insciis & plane inuitis alienare; Ergo recte ex praemissis conclusio haecce oritur, coniugibus licitum esse, de acquisitis suis bonis ignorantibus & inuitis successoribus ab intestato disponere, eaque in quemlibet transferre.

§. XVIII.

Applicatio  
rationis  
decidendi  
II dae.

Specialiter autem quum a libera alicuius dispositione Ius Statutarium exceperit bona hereditaria, in regula verum manet, acquirerum liberam esse alienationem. Haecce

ce

(tt) Meuius P. VIII. Dec. CCCLV.

ce hereditaria bona eorumque in Statutis obuius praeclarus fauor maximam dissentientibus ansam dederunt, ab hac vera, quam defendere mihi proposui, sententia abeundi, atque in contrariam nullis veris principiis suffulciendam inclinandi sententiam. Non inspexerunt autem veram distinctionem bona hereditaria & acquisita intercedentem. Ex neglecta hacce accurata circumspectione enati sunt omnes eorum dissensus. Distinguendo atque a se inuicem separando amborum, hereditariorum nimirum atque acquiretorum bonorum, naturam secundum eorum supra a me positum conceptum, plana omnia erunt atque indubitata. Ex commixtione autem illorum non potuerunt non descendere maximae difficultates, inextricabiles rixae. Quaecumque igitur in constitutione pactorum dotalium conditorum a coniugibus possessoribus rerum hereditariorum requiruntur, ea non, nisi cum aperta leuis prudentiae declaratione applicanda in iis, quae de meris acquisitis bonis fiunt, desiderantur. Caeterum in hereditariis vera manet nec infitianda illa assertio, pacta dotalia, sin hereditariorum bonorum vestigia in illis deprehendantur, neutiquam valitura h. e. nulla penitus esse, nisi cognatorum proxime consensus in eorum constitutione adhibeatur, quum dissensu suo talia quo minus oriantur pacta prohibere queant, haecce adeo iam ex eo nulla sint, si proxime cognati de iis componendis certiores non facti sint. Quam scientiam & consensum eo firmiori iure in pactis dotalibus de meris acquisitis iuris negare potui, *quum, teste b. Ioanne Richey (vv), in constitutione pactorum dotalium cognati non requirantur sollemnitatis causa, ita ut sine vitio abesse non possint, sed ut videant, ne de bonis hereditariis in suum detrimentum quicquam statua-*

*tur,*

(vv) in cit. Diff. Cap. XI.

tur, quod si non fiat, pergit Vir laudatus, aut si de bonis acquisitis tantummodo agatur, consensum illi frustra negabunt, quem supplebit magistratus. Alio quoque loco (xx) ita dicit laudatus Auctor: *Invalida ergo sunt quaecunque praeter portionem Statutariam in pactis dotalibus statuuntur infcisi aut iniuris cognatis in eorum praeciudicium.* At quae capita cognatorum utilitatem non tangunt, quae portionem statutariam non excedunt, quae de acquisitis bonis sancita sunt, quae mutua coniugum officia determinant, & similia cum reliquis nequaquam corrumpunt, ne, quod est in Brocardico, vile per inutile vitietur. Porro in eadem Diff. (quae, quod ipsius rubrica docet, de pactorum dotalium mutatione in specie agit,) (yy): *In bona acquisita vti nihil iuris est propinquis, ita pariter, quae de illis in pactis dotalibus statuta sunt, solo ipsorum coniugum consensu mutantur.* Apparet autem ex hisce adductis locis, dispositionem coniugum de acquisitis opibus consensu proxime cognatorum etiam non adhibito nihilominus gaudere suo effectu. In hoc autem cum laudato Auctore facere non possum, quod in consensu a proximis cognatis denegato ad translationem bonorum acquisiteorum, a coniugibus paciscentibus faciendam in tabulis suis matrimonialibus, exigat desideretque confirmationem magistratus. Hancce regulariter requiri ex principiis a me structis & satius adhuc deducendis statuere non possum. Credo autem, praeciudicium, quod Vir laudatus ibidem loci (zz) adduxit, casum praesupponere, vbi coniuges paciscentes confirmationem magistratus de industria sibi expetierunt. Casus autem in eo conficit, vbi quidam ex proximis cognatis ob inimitiam sibi cum coniugibus paciscentibus intercedentem consensum suum impertire recusavit.

§. XVIII.

(xx) Cap. X.

(yy) Cap. XI.

(zz) Cap. XI. (g)



§. XVIII.

Verum hocce porro proposui axioma, quod nimirum Applicatio illius, qui dissentire nesciat, neque opus sit consensu. Nunc Rat. decid. meum est probare, quod quidem facili opera fieri pote- III. Itae.  
rit, proximos cognatos paciscentium dissentire non posse, siue in eorum facultate non positum esse, aliam, ac coniuges paciscentes volunt, induere vim dotis tabulis atque voluntatem. Supra autem hoc iam aliquomodo praemonstrauit, allegando Art. III. Tit. I. Part. III. Statut. qui claris verbis ita se habet: *seine wohlgewonnene Güter hingeben oder wenden, wie und welchem er will, ohne einige Einspruch oder Hinderung.* Dari itaque aliquem posse, qui alienanti acquisita sua contradicere aut ob stare possit, negat all. Art. His ita compositis, quum pacta dotalia hac in re nulla diuersitate gaudeant, nullumque ab hac dispositione alienum ius producere possint, negat quoque, in alienam ac coniuges paciscentes in dotis tabulis habent sententiam transire posse proximos cognatos, h. e. dissentire eos posse ab hac voluntate. Antecedens hocce quum extra omnem dubitationis aleam positum sit, consequens sua sponte exinde fluere omnes vident. Quum quoque legibus haec omnia stabilita supra sint firmiter, recte infertur, proximorum cognatorum ad pacta coniugum dotalia, quae praeter acquisita bona nihil tenent, non opus esse consensu.

§. XX.

Consensu autem vtrinque a coniugibus declarato, vti Applicatio caetera pacta fiunt, fiunt etiam pacta dotalia. Simulac idem Rat. decid. in vtriusque partis voluntate est, perfecta sunt atque abso- III. Itae.  
luta dotalia pacta. Quod, vti facile patet, de illis intelligo, in quibus nulla hereditariorum bonorum vola extat atque  
D  
vesti-

vestigium. Circa haec enim conditorum pactorum in specie non sine sapienti & maxime provida ratione curam habuerunt leges patriae, & conficere illa neglecto proximorum cognatorum consensu vetuerunt. Quum autem exceptio in casibus non exceptis regulam firmet, & quae a iure communi exorbitant, non facile ad exemplum trahenda sint, in regula verum manet, pacta dotalia sequi suum genus, quod duorum in idem placitum consensu absoluitur, h. e. in pactis dotalibus nihil amplius requiri, quam coniugum pacifcentium consensum. Quae itaque de hisce pactis dotalibus hereditaria ignorantibus optime praedicantur, quum absonum foret, contrarium statuere. Ratio enim, qua motae leges a communi regula exceperunt pacta dotalia hereditarias res continentia, non facile aliquem fugit. Haec in iure cognatis competente in rebus hereditariis consistit. Qui autem aliquale quantumvis minimum in rebus acquisitis tribuere proximis velit cognatis, nimium ignorantiam iurium, quibus patria utitur, proditurus esset; quum potius non Apollinis magis verum atque hoc responsum est, nihil plane iuris in acquisita bona habere proximos cognatos. His praesuppositis, pacta dotalia de rebus acquisitis tantummodo inita, solo consensu coniugum utrinque determinato, qui consensus omnium in genere pactorum essentiam constituit, perfici atque absolui quis est qui non videat?

§. XXI.

Applicatio  
 Rat. decid.  
 Utac.
 
 Pacta dotalia, teste Hertio (aaa), quae coniuges ad hereditatem admittunt, & cognatos ab ea excludunt, sine omni dubio tota die pro validis agnoscuntur. Quum exclusio

(aaa) in loco supra §. XVI. citato.

clufionem praefupponit laudatus Auctor, negat sane pacti-  
 onem dotali cognatos adfuiffe, quum praefentes fe ab he-  
 reditate excludi non fuiffent; fi enim praefentes nihilomi-  
 nus tacuiffent, confenfu fuo corroboraffent difpofitionem,  
 nec tunc locus querelae ipsis relictus foret. Nam qui ta-  
 cet, quum contradicere poteft & debet, pro confentiente  
 habetur. Hocce affertum Hertii cur non valere quoque in  
 patria dicendum fit, in contrarium fufficiens ratio non ex-  
 tat. Doceri nequit, quare illa pacta dotalia, quae Hambur-  
 gi a coniugibus celebrantur, non eodem modo valitura  
 fint, ac omnia pacta dotalia aliis in locis condita. Fortene  
 Statutum fpeciale ea de re difpofitionem continet, aut  
 per confuetudinem aliud introductum eft? Neutrum fane.  
 Et nihilominus incerti erimus ac vacillantes in difpofitione  
 huius tam certae tam indubitatae cauffae? Dubitabimusne  
 amplius de validitate pactorum dotalium Hambur-  
 gi a coniugibus conditorum? Hereditaria bona quum, quod fae-  
 pius commemoravi & inter omnes conftat, fpecialiter ex-  
 ceperint Statuta, de acquifitis bonis anxii amplius nos effe  
 opus non eft. Indubitanter afferere poterimus, eam, quam  
 omnes gentes habent, libertatem Hamburgenfibus non effe  
 ademtam, libere illos potius pacta dotalia de fuis acquifitis  
 rebus condere poffe; vtque finem imponam demonstra-  
 tioni huius veriffimae fententiae, de iure ftatuere poffu-  
 mus, coniuges de validitate pactorum fuorum dotalium  
 confenfu proximorum cognatorum non adhibito quod du-  
 bitent, neutiquam habere.

§. XXII.

Quae omnia quum ex certis principiis emanantia the-  
 feos propositae fatis fuperque indicent declarentque verita-

Uterior  
 probatio ex  
 iure nouiff-  
 timo.

tem, non desunt tamen alia subsidia magnam eidem lucem allatura. Partimque eius probationi inferuiunt, partim illustrationi. Probatur autem veritas argumenti a me prolati egregie ex nuperrima Resolutione Senatus & Ciuium d. d. XVI. Febr. A. MDCCXXXIII. publicata d. XVIII. eiusdem mensis (bbb). Constitutio haecce vim legis habens tam clara est, vt multa eiusdem explicatione supersedere facile possim. Primo enim intuitu omnibus ob oculos cadet, nouae huius legis obiectum esse bona hereditaria, eorumque in forenses heredes translationis instituendae modum Hamburgensibus permiffum. Prius ex eo constat, quod in praemissis dicitur, qualitatem translationis bonorum hereditariorum in eos, qui iurisdictioni ciuitatis Hamburgensis subditi non sunt, multis litibus & dicis aperuisse locum; Posterius ex eo liquet, quoniam in hacce lege Hamburgensibus, quorum proximi ab intestato heredes in eo loco degunt, vbi libere de hereditariis disponere licet, ex retorsionis iure facultas conceditur cum exclusione horum forensium hereditaria sua bona in quemlibet libere transferendi. Hacce nimirum nouissima lege Hamburgenses proxime sibi cognatis, quibus alias de iure & ex praescripto Statutorum debebantur bona hereditaria, quasicondominis alias & iure satis firmo in illis gaudentibus, si peregre sint aliisque iuribus fruuntur, (hac tamen restrictione, nisi viuo testatore sedem ac domicilium suum Hamburgi constituerint eius iurisdictioni in posterum obnoxii, quo in casu eodem cum reliquis ciuibus iure, iisdemque beneficiis gaudent,

(bbb) quam vide *in dem Beschluß des Versuchs einer zuverlässigen Nachricht von dem Kirchlichen und Politischen Zustande der Stadt Hamburg. Zwote Abtheilung* p. CCCXXXVIII. Separatim quoque edita est in forma quadripartita vnam plagulam complectens.

dent,) adimendi ea, libereque & sine remora aut per testamentum, aut alium actum inter viuos, aut demum per pacta dotalia abalienandi nanciscuntur potestatem. Potestas haecce, quod applicaturus ad thesin meam de industria hic annoto, eo modo in allegata lege constituta habetur, vt Hamburgenses in casu supposito secundum normam iuris communis de bonis suis hereditariis agere, eaque aequae & eadem ratione atque acquisita sua libere alienare possint. Sic enim commode secundum naturam rei Latine reddi debere mihi videntur verba, quae in textu Germanice ita leguntur: *sowohl an Erb- als wohlgewonnenen Gütern — zu disponiren*, non aliter ac si ita verba composita fuissent: *auf dieselbe Art an ihren Erbgütern, als es ihnen in ihren wohlgewonnenen frey stehet — zu disponiren*. Substrata autem materia aliam plane respicit interpretationem, quum bonorum hereditariorum ratio simpliciter & solum in lege habeatur, quod expressa verba eius iubent, atque ex eo satis superque apparet, quoniam in tota ipsius dispositione ne vocula quidem, quae acquisitarum rerum mentionem iniiciat, nisi in vnico hocce citato loco, deprehenditur, in quo ex proposito indicare voluerunt sapientissimi legislatores qualitatem huius Hamburgensibus concessae facultatis in alienatione bonorum hereditariorum. Sufficiens eam vnusquisque edoctus est, quum eadem ratione ac acquisita bona, & quod probe notandum, secundum regulas iuris communis hereditarias res in quemlibet transferri posse ibidem permittitur. Sin itaque, quod negari nequit, nouissima haecce constitutio in causa recensita bonorum hereditariorum translationem per testamentum aliumque actum inter viuos, aut per pacta dotalia rati habet, certo hoc argumento esse potest, talem translationem bonorum

acquistorum tacite validam illam agnoscere. Quum de bonis hereditariis solum loquitur, horumque causa saepius lites exortas esse statuit, sane concedit, circa acquisita bona rem planam atque certam esse, neque opus esse dubitatione. Quum ipsi demum dissentientes, quod supra §. XV. edocui, largiantur, acquisitas res minus affectas esse proximis cognatis, quam hereditarias, hoc ipso concedunt, eo minus in acquisitis bonis, id quod in hereditariis asseritur, valere posse. Ego vero postquam nihil in acquisita bona iuris concedi posse proximis cognatis satis probavi, neutiquam illa, quae in hereditariis observantur, observanda venire in bonis industrialibus seu acquisitis firmiter statuo. Tandem quum lex distincte exceperit res hereditarias, nec voculam iniecerit acquistorum, non amplius dubitandum est, quin, uti de iure communi omnino licet, lex tacite concesserit, testamentum aut alium inter vivos actum aut pacta denique dotalia de acquisitis inita certe valere. Hac itaque incisi & non consentientibus proximis cognatis in proposito casu talem circa hereditaria actum validum agnoscente, verissima inde conclusio sequitur, testamentum aliumque inter vivos actum nec non pacta dotalia super bonis acquisitis condita non consentientibus proximis cognatis, uti de communi, ita Hamburgensi quoque iure valida esse, ex hoc etiam fundamento, quoniam stare, quod mutatum non est, non prohibetur (ccc). His omnibus efficacissime accedunt prima propositionis civibus Hamburgensibus a Perillustri Senatu factae verba: *Dasß vermöge dieser Stadt-Rechten von Erbgütern kein Testament gemacht, noch ohne der nächsten Erben Consens Heyrabszärter errich-*

(ccc) L. XXVII. C. de testam.

errichtet werden können (ddd). Quum in specie hic bona hereditaria excipiantur, & de illis testamentum & pacta dotalia absque consensu proximorum heredum fieri posse negetur, certissimum argumentum est per demonstrationem a contrario sumtam, in regula verum esse, de bonis acquisitis testamenta condere, de iisque non consentientibus proximis heredibus conficere pacta dotalia, neminem prohiberi. Qui vnicus locus totam hanc, quam in quacunque hacce dissertatione mihi defendendam sumsi, verissimam sententiam solus firmat, dubitationemque tollit omnem atque haesitationem.

§. XXIII.

Veritas porro propositae thesios mirum in modum Illustratio  
 illustratur duabus sententiis a Perillustri Ciuitatis Hamb. per praeiudicia.  
 Senatu latis, & quidem ob insigne robur, quod propositio-  
 ni meae addunt, verbum de verbo hic allegandis. Prior  
 autem sententia (ccc) hoc modo praemissis praemittendis Primum:  
 concepta habetur: *Daß Beklagter dem Kläger die von seiner  
 Ehefrau Erblasserin Anna Maria Bielen ihres zuvor verstorbenen  
 Ehemannes Johann Iürgen Bielen Erben ab intestato in pactis do-  
 talibus sowohl als nachhero in der mit demselben errichteten  
 Conuention verschriebene 100 Rthl. Cour. innerhalb 14 Tagen zu  
 bezahlen schuldig, zu einer weitem Theilung mit demselben  
 aber nicht verbunden, übrigens &c. &c.* Casus autem, quum  
 integra Acta ex liberalitate rei hac in causa Defensoris, Vi-  
 ri Consultissimi, Patroni causarum in fori exercitatione  
 Versa-

(ddd) vid. den Versuch einer zuverlässigen Nachricht &c. c. l. p. CCCXXIII.

(ccc) in causa Dris Hinz mand. nom. Ioach. Biel & Conf. Klägere, contra Ioh. Iürg. Bielen W. modo Steffen Rahn uxor. nom. Beklagten, d. d. I. Sept. A. MDCCXXXVII.

n de  
 fac-  
 iusita  
 ubi-  
 supra  
 esse  
 dunt,  
 affe-  
 iusita  
 dau,  
 uan-  
 sta-  
 dita-  
 blius  
 icet,  
 iuos  
 certe  
 oxii-  
 taria  
 o se-  
 non  
 tien-  
 genfi  
 quo-  
 ccc).  
 is ci-  
 rba:  
 ment  
 ärter  
 rrich-



Verfatissimi, Amici atque Fautoris mei Aestumatissimi, Domini Io. Frid. Chr. Wiederhold I. V. L. inspicere, non sine magno, quod palam atque ingenue fateor, ad hanc qualemcunque dissertationem conscribendam vsu, mihi licuit, hic est: Rei vxor defunctusque ipsius maritus pacta dotalia de rebus suis acquisitis, hereditariis destituti, confecerunt, adhibitis neque, neque consentientibus proximis ab intestato sibi successuris, nimis autem prouidi & solliciti de conseruatione pactorum suorum adhibuerunt quinque testes, qui haecce pacta subscribant. In hisce pactis inter alia, quae in praesenti huc non pertinent, paciscentes ita conuenerunt, vt, si maritus ante vxorem suam sine liberis e vita discedat, vxor superstes proximis mariti cognatis ex hereditate L. thaleros promat, reliqua vero a marito relicta sibi habeat. Opibus suis autem post confectionem harum tabularum auctis, noua quadam coniuges conuentione, saluis caeteroquin pactis dotalibus, hac in parte correxerunt ea, vt proximis cognatis loco L. thalerorum a superstite centum thaleri exsoluantur. Hisce centum thaleris post obitum mariti non contenti proximi ipsius cognati dimidiam hereditatis ex Statuto sibi, vt falso putabant, debitam partem postularunt instituta eo nomine actione familiae erciscundae, quam vxoris nomine reus exceptione existentium pactorum dotalium ideoque non fundatae actionis elisit. Quo facto Amplissimus Ordo illam, quam supra adduxi, de hac controuersia sententiam dixit, quam quidem mandatario nomine Actor Consultissimus per interpositum impetratumque remedium Reuisionis Actorum a viribus rei iudicatae suspendit. In hocce iudicio reuisorio quanquam nunc iam decretum nondum est, veruntamen sententia alata argumentum esse poterit, eo nos Hamburgi iure vti.

Quum



Quum enim sententia rei vxorem in vltiorem diuisionem cum cognatis proximis mariti sui defuncti ipsis obligari neget, statuit illa, tabulas istas dotales validas esse. Hae vero quum partim de rebus acquisitis solum, partim absque proximorum cognatorum consensu conditae sint, generalem exinde propositionem elicere nihil prohibet, hoc nempe modo constitutam: Omnia pacta dotalia, quae res acquisitas solummodo continent, sine consensu proxime cognatorum esse valida. Quam assertionem saepius laudata sententia non obscure declarat.

§. XXIII.

Posterior sententia (fff) extra omnem dubitationis Alterum. aleam ponit, in casu pactorum dotalium a proximis cognatis impugnatorum nihil aliud nisi illud tantum respici, vtrum res hereditariae adsint, an minus. Illas adesse probare debent impugnantes, claro argumento, sin haec adesse se planum facere nequeant, nihil ex conatu suo commodi sibi polliceri posse proximos cognatos. Sententiam autem ipsam, quae, vt videre licet, super incidenti quaestione lata siue interlocutoria est, his verbis compositam habet: *Daß Beklagter ein ordentliches Inuentarium in prox. post fer. ad Acta zu bringen schuldig. Würde aber Kläger, daß der verstorbene Joh. Hinr. Boon Erbgüter besessen, und wie viel er derselben gehabt, rechtsgültig erweisen, gestalt ihm in prox. post fer. sub poena desert. zu thun obliegt, so soll ferner ergehen was den Rechten gemäß ist.* Quae sententia, quamuis Actor, grauamen per illam sibi illatum esse opinatus, remedio restitutio-

(fff) d. XVII. Iul. A. MDCCXXXI, in causa Nic. Schmid vxor. nomine Klägers, contra Ioh. Hinr. Boonen Wittwe, Beklagtin, resp. Appellantin & Appellatin.

tutionis in integrum illud tollere allaborauerit; ex omni tamen parte confirmata est (ggg).

§. XXV.

Responſio  
ad rationes  
dubitandi.

Ad Imam.

Veritate theſeos propoſitae ſatis ſtabilita, ſuperest, vt respondeam ad obiectiones & argumenta, quae pro contraria ſententia militare videntur. In quo eo breuior eſſe poſſum & debeo, quoniam partim in rationibus meis decidendi eorum refutatio praecipue later, partim verendum eſt, ne pertractatio argumenti viſitatam diſſertationis formam excedat. Ad primum itaque oppoſitum nempe Art. XI. Tit. XI. Part. II. Statut. respondeo, hunc Articulum conditionate loqui, certamque aliquam ſupponere hypotheſin, quod particula *ſi* abunde docet. Mens enim ipſius contendit, vt, ſi pacta dotalia a coniugibus & illis, qui ad ipſius requiſiti ſunt obligationem, conſecta ſint, omnibus ſuis partibus expletum artiſſimumque vinculum ad fidem paciſcentium adſtringendam producere ea debeant. Dedita itaque opera illam hypotheſin taliaque ſupponit pacta Art., quorum forma deſiderat, vt praeter coniuges ad pactiois valorem adhuc arceſſantur alii. Quibus ſubaudiri proximos cognatos, qui ſtatuet, certe meo iudicio non valde errabit. Ad firmiſſimum itaque haec omnia compoſita ſunt argumentum, illum in lege contineri caſum, quando de hereditariis rebus agitur, de iisque tabulae dotis diſpoſitionem complectuntur. Verum enim vero quum ceſſante ratione ceſſet etiam lex, rationem autem praeſentis legis conſtituant bona hereditaria, vera concluſio ex illis ſequitur, ceſſantibus bonis hereditariis, ceſſare legem eorum cauſa fancitam. Vnius quum praeterea poſitio alterum non

ex-

(ggg) d. XXII. Ian. MDCCXXXII.

excludat, verum est, Articulum, quum de talibus loquatur pactis dotalibus, quibus constituendis necesse est adhibere quosdam ad eorum obligationem, alia tamen hac re haud negare, quibus nemo ad obligationem adhibetur. Deinde eam ob causam oppositus hicce Art. neutiquam mihi aduersatur, quoniam specialis cuiusdam casus decisionem continet, illius nimirum, quando coniuges pacificentes ex prioribus suis matrimoniis liberos in viuis habent. Hocque existente casu arcessitu eorum, qui liberorum tutelam gerunt nec non proximorum cognatorum opus est, quod ratione bonorum maternorum, quae liberis debentur, aequae atque alias etiam ob causas Legislatores sapientissimos ita fanciuisse apparet. Hi itaque tutores & proximi cognati illi sunt, quos lex vocat: *Die zur Verpflichtung erforderlich.*

§. XXVI.

Ad secundum, plane non obstat locus Taciti, his enim Ad IIam. verbis: *Intersunt parentes & propinqui ac munera probant,* non idem dicitur, ac si dotem quam maritus vxori attulit suo consensu approbauerint parentes & propinqui. Probant munera, quae a dote vti omnino diuersa separat Tacitus. Munera haecce efficiebant boues, frenatus equus, & scutum cum frameo gladioque. Nemo autem temere statuer, in his constituisse dotem. Hisce potius muneribus vti insignibus declarabatur matrimonium esse initum, nec non, qualem vxor in omni sese fortuna praebere debeat, demonstrabatur, his admonita: *venire se laborum periculisque sociam, idem in pace, idem in praelio passuram ausuramque.* Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant. Munera porro apud vxorem manere debebant.

E 2

haec-

haecce ad descendentes suos translaturam, quod verba finalia Capitis: *quae liberis inuiolata ac digua reddat, quae nurus accipiant, rursusque ad nepotes referant*; satis efficiunt. Digna ergo, quae parentes & propinqui, qui eiusdem gentis erant, probent laudentue, iudicantur a Germanis. Hoc certe, sin munera haecce dotem efficere statuere amplius quis velit, absurdum ex eo consequeretur, apud veteres Germanos vxorem marito quoque dotem obtulisse, quod tamen absque insigni leuis prudentiae nota affirmari nequit. In Cap. enim cit. dicitur, mulierem ipsam armorum aliquid viro afferre. Quae autem nihil aliud sunt, quam munera ab vxore marito suo itidem praebita.

§. XXVII.

Ad III<sup>iam</sup>. Quod ad tertium, contrapositum nempe Art. XIII. Tit. I. Part. III. Statut. Hamb. attinet, bifariam ostendere possum, illum veritati Theseos nihil plane obstare. Aut enim concedi mihi debet, hunc Articulum specialem casum, vti exceptionem a regula (quales quidem casus, non de bonis hereditariis simpliciter sed generaliter loquentes, in quibus scientia & consensus proximorum cognatorum requiritur, plures in Iure nostro dari, infitias iri non potest, de quibus autem nullibi nisi absque solida & statim manifesta ratione ita constitutum esse deprehendes (hhh),) continere, quae regulam in casibus non exceptis firmat. Hic specialis casus in eo consistit, vt mulier testamentum condens facultate non gaudeat, vltra tertiam bonorum suorum acquisitionum partem absque permissione siue consensu heredum in maritum suum transferendi. Qua in lege fancienda compilatores sufficientem aliquam rationem certissime sequuti sunt, nimi-

(hhh) v.g. in Artt. II. & III. Tit. III. Part. III. Statut.

nimirum vt in Statutario iure quoad vxorem determinationem suam inueniat testandi voluntas, quoniam alias in bonis coniugum successioni ab intestato locus facile non esset, sed plerumque, nisi aliqua sit hac in re coarctata facultas, vxor in maritum suum omnia quae possidet, nimirum acquisita bona sua per testamentum transferre haud intermitteret. Interim tantum abest, vt ei, quam supra firmiter stabiliui, propositioni, quod nimirum acquisita bona pro lubitu alienentur, in regula vel minimum de veritate sua decedat, vt secus principium citati ipsius huius Art. illam adiuuet his verbis compositum: *Was dann eine Frau giebt von ihrem gewonnenem Gut, durch ihren Mann, als ihren rechten Vormund, ohne Erlaubniß der Erben, das soll man entrichten aus dem sammenden Gut vor allem Theile.* His in verbis legum vinculis exsolutam facultatem ad disponendum de bonis suis acquisitis quicumque non animaduertit, tetrus illum tenebris circumfundi necesse est. Etiam si quoque hoc in Art. de vltimis voluntatibus in primis sermo sit, secure tamen eandem in pactis dotalibus valere dispositionem affirmari potest, & quidem hanc ob rem, quoniam partim vniuersa doctrina de discrimine bonorum hereditariorum & acquirentium in titulum de testamentis inscriptum redacta est a compileribus Statutorum, partim verum est, quod, vbi eadem ratio existit, ibidem quoque eadem legis dispositio deprehendatur. Quisnam autem eandem rationem hic adesse negabit? Aut etiam de mera inter viuos donatione loqui oppositum Articulum statuere debent dissentientes. Quam ego, quoque interpretationem veriore ducō. Hancque mentem conuenire huic Articulo, probauit Ritchey (iii), cuius verba, quum rem sufficienter exhauriant,

E 3

ele-

(iii) cit. Diff. Cap. XI.

elegantertque demonſtrent, hic legere nemo certe grauabitur. Ita autem ſe habent: *Quod in Statutis noſtris eſt: Die Erben mögen ihr (der Frauen) auch nicht weigern, ziemliche Gaben, doch nicht über den dritten Theil, ihrem Manne zu thun von ſolchen wohlgeuonnenen Gütern; id non de teſtandi facultate, ſed de mera inter uiuos donatione intelligendum eſt, quam ex iisdem forte rationibus, ex quibus Romani quondam, inter coniuges prohibuerunt Maiores noſtri, ne quid inde coniugalis amor derimenti caperet. Argumento ſunt primo vox Gaben, quae pro donatione mortis cauſa facta, aut pro teſtamento in Statutis noſtris nuſpiam alias ſumitur: deinde quod Articulus hic ex Statuti veteris titulo de donationibus (van Gyſſten by Leue edder na Dode) deſumptus eſt, nec ob aliam cauſam in hunc de teſtamenti titulum tranſlatus, quam quod de bonis hereditariis tractatio vniuerſa in eundem relata eſt. E contrario libertas omnia bona acquiſita praeter pacta dotalia per teſtamentum marito relinquiendi vxoribus aſſeritur in Statutis noſtris non vno loco. Vid. Art. III, & V. Tit. I. Part. III. vbi ſub verbis ein jeglicher & jemand vxores etiam comprehendendi manifeſtum eſt: Art. XVII. & ſequ. eiusdem Tit. vbi teſtamenti factio vxori aequae ac marito expreſſe permittitur, id quod de bonis acquiſitis neceſſario intelligendum eſt: Art. XXIII. & XXIII. vbi matri aequae ac patri permittitur, pro liberorum numero, vſque ad duas tertias partes bona acquiſita teſtamento alienare. Haecenus laudatus Richey, qui doctiſſime mihi in hac demonſtratione praecundo effecit, vt ego merito ea ſuperfedere queam. Reliqua oppoſiti Articuli verba, de vſufructu in acquiſitis bonis marito ab vxore conſtituto diſponentia, tantum abeſt, vt contra me faciant, vt ſecus nihil cognatis in acquiſitis rebus iuris eſſe, ſufficienter demonſtrent. Caſus enim ibi habetur, vbi vxor de industriali iubet, acquiſita ſua bona ad eos, qui ab inteſtato proxime ipſi ſuccedunt, peruentura eſſe, hac tamen addita limitatione, vt maritus ad dies vitae vſufructum eorum habeat. Verum enim vero all. Art. mulierem nequaquam vetat aliter diſponere, h. e. in extraneum deuolueri poſſe, quicquid acquiſitio titulo poſſidet. Ius itaque cognatis in eo competens eo nomine indigitari dici nequit, ſin enim cognati tale in industrialiſibus habeant & quali condominium, mulier certe de vſufructu diſponere non poſſet. Caeterum cautionem a marito vſufructuario praecſtari debere haud miror. Hanc Ius Romanum etiam exigat, vt Imp. Severus & Antoninus in L. I. C. d. vſufr. reſcripſerunt, cui tamen ius in acquiſitis rebus cognatis competens ignoratum plane eſſe, quis eſt qui inſitari ſibi ſumat?*

§. XXVIII.

Quartae, quae mihi opponitur, sententiae fautores remitto ad rationes decidendi, in quibus legum auctoritatibus probavi, nihil plane iuris in acquisita bona proximis ab intestato successuris competere. Prae iudicium itaque ipsis inferri his posse, dici nequit. Regula enim iuris, quod alteri per alterum iniqua conditio inferri nec praedudicari debeat, intelligenda est de illo, qui in illa re, circa quam detrimentum ipsi dicimus inferri, interesse habet. Quum hocce autem interesse proximi cognati in rebus acquisitis minime habeant, ipsis praedudicari non potest, ideoque consensus illorum absque vitio negligitur.

Ad  
III tam.

§. XXVIII.

Quinto loco oppositus Art. III. Tit. VIII. Part. II. Statut. plane non obstat. Ratio enim sola est huiusce Articuli, ut immobilia quasi gentilitia habeantur, nec temere extra familiam alienari possint. Hoc autem plane ex eo Art. elici nequit, ius aliquod tribui posse & quasicondominium proximis venditori coniunctis in immobilibus. Tam late non patet ius προσημσεως, quod nihil aliud est, quam praerogativa praetraneis in emtione rerum immobilium. Sin hoc exercere nolunt proximi cognati, iisdem etiam inuitis alienari possunt immobilia. Consensum enim ad alienationem ipsorum minime requirit Art. cit. Hocce porro ius retractus etiam in Iure Romano tribuitur cognatis nec non creditoribus, vti Ictus Gaius in L. XVI. d. rebus auct. iud. poss. respondit. Quibusdam quoque in locis viget illa ratione vicinitatis retractus species, qua vicinus praefertur extraneis. Certe non ex ea ratione, ac si ius & quasicondominium competat retrahentibus in iisdem. Qua re eo magis confirmor, ut sine vlla dubitatione generalem illam tuear propositionem: Nihil plane in acquisitis rebus iuris competere proximis cognatis; adiutorque generali assertionem Art. III. Tit. I. Part. III. Statut. in verbis: *ohne einige Einspruch oder Hinderung*. Ut itaque cum lege loquuto nihil mihi, quod verear, sit relictum.

Ad V tam.

§. XXX.

Ad illum, qui sexto loco pro firmanda antithesi obiicitur, Art. XI. Tit. I. Part. III. Statut. facilis erit responsio. Loquitur enim hic Art. haud dubie de bonis hereditariis, eorumque a viuo domino diuisione inter eos, instituenda, qui proxima ipsum cognatione attingunt, quod demonstrare nullius

Ad VI tam.

nullius est negotii. Quicumque enim huius Art. cum praecedente animaduertet connexionem, (quam quoque verba ipsius initialia: *Wann auch*, abunde docent,) non amplius hac de re dubitabit. Proxime autem antecedens de solis hereditariis rebus loquitur. Statuit enim, testamentum de hisce conditum, aut alium actum mortis causa consentiente proximo cognato valere debere (kkk). Hanc quoque, quam dedi oppositae legis interpretationem exigit analogia Iuris Hamburgensis (lll).

§. XXXI.

Ad VIIImam. hil quum iuris proximis cognatis in bona acquisita possit tribui, qua de re supra affatim disputavi, nulloque modo haecce illis, qui per conjunctionem connexi sunt, affecta sint, axioma illud a negatione gradus ad negationem speciei procedi posse negans, alioquin verum suoque loco praeclare applicandum, applicari hic nequit.

§. XXXII.

Affinis quaestio. Obiectionibus hisce pro viribus repulsis finem operi vel eo potius imponere possem & deberem, quoniam modum iam nunc excedere videtur argumenti pertractatio. Interim impetrare a me non potui, quin coronidis loco breuiter & absolute addam quaestionem haud inanem: Vtrum ad constitutionem horum, de quibus loquor, pactorum dotalium opus sit, vt vna cum muliere subscribat curator, an vero illa absque curatore recte conficiantur? Ad hanc quaestionem habendam occasionem mihi obtulit Strykius (mmm), qui secundum ius commune aequae atque mores pacta dotalia, neglecto etiam ad ipsorum subscriptionem curatore mulieris, nihilominus subsistere asserit. Quam ego quidem breuitatis studio iniudicatam relinquo decisionem, alio autem Hamburgi iure nos vt pro certo pono, vbi haec pacta valere neutiquam possunt, nisi curator mulieris assensu suo illa comprobauerit. Hancque sententiam amplecti suadet partim generalis dispositio Art. I. Tit. VIII. Part. I. Statut., partim iubent Art. VIII. Tit. VI. & Art. XIII. Tit. I. Part. III. Statut., qui pacta etiam dotalia complexu suo planissime continent.

F I N I S.

(kkk) Art. X. Tit. I. Part. III. Statut.

(lll) supra citat. Art. III. & V. Tit. I. Part. III. Statut.

(mmm) in Tract. de success. ab intest. Diff. VIII. C. V. §. XIII.



ULB Halle 3  
004 094 174  


f.  
sb.







E. 24. num. 14.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

PACTIS DOTALIBVS,  
SVPER BONIS ACQVISITIS TANTVM  
CONFECTIS, ABSQVE PROXIMORVM  
COGNATORVM CONSENSV  
IVRE HAMBVRGENSI VALIDIS,

QVAM,

ASSISTENTE NVMINIS DIVINI GRATIA,  
EX DECRETO  
AMPLISSIMI IVRECONSVLTORVM ORDINIS,  
IN ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA  
PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE CONSVLTISSIMO  
DOMINO

AMANDO CHRISTIANO DORN, D.

CAESAREAE CELSITVDINIS, SERENISSIMI IMPERII RVTHE-  
NICI HEREDIS CONSILIARIO CANCELLARIAE DVICALIS SLESVICO-HOL-  
SATICAЕ, IVRIS CANONICI ATQVE CIVILIS ROMANI PROFES-  
SORE ORDINARIO, h. t. FACVLTATIS IVRIDICAE PRO-  
DECANO,

PATRONO SVO SVMMOPERE SVSPICIENDO,  
PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE CONSEQVENDI HONORES  
DIE XXX. MART. ANNO MDCCXXXVIII.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

PETRVS HOLTZMANN, HAMBVRGENSIS,  
IN PATRIA ADVOCATVS.

KILONII, LITTERIS GOTTFR. BARTSCHIL

